

licentia fieri. Sic docent Corduba summa. questione 54. dub. vltim. a fol. 119. vsque in finem. Ludouicus Lopez 1. p. in structorijs conscientijs. cap. 1. §. col. penult. & libro 2. de contrarijs. cap. 40. del. 3. & 4. Vega 2. tomo summa. cap. 32. casu 19. Manuel 1. tomo summa. in 2. editione. cap. 90. numero 8. & 9. conel. 3. & 4. & questionum regul. tomo 2. questione 47. art. 15. Et quamuis Manuel eo. cap. 90. numero 9. & Vega ibidem dicant hodie a Trento Tridentino non licere moniali iis redditibus frui, loquuntur iuxta suam sententiam, qua tenent ius commune correctum esse per id decretum. At sustentando nostram, dicendum est hodie etiam licere.

17 Quinto deducitur, peculium concessum religioso debere esse moderatum, tum quia Tridentinum sess. 25. cap. 2. de regularib. interdicit mobilia superflua concedi regularibus, nedum peculium rei stabili superfluum, tum etiam, quia nulla superioris licentia potest religiosus res ad vsus sibi concessas expendere superflue, vt diximus supra. Dicuntur autem in presentia superflua, que ad statum religiosi habentis peculium minime sunt necessaria, vt constat ex cap. exiij. vers. in super. de verb. signif. in 6. Potest autem contingere, vt eadem prorsus rei substantia religioso vnus religionis superflua sit, at alterius religionis religioso etiam in eodem gradu constituto necessaria, & licita, quod decencia status spectanda sit secundum communem studiorum virorem illius status vsum: at Magistri, vel Prælati vnus religionis strictioris viliorum suppellectilem, habitum, & cibum, quam Magistri, vel Prælati alterius laxioris habere solent. Quinimod in eadem religione aliqua supellex esset contra votum paupertatis religioso laico, vel simplici sacerdoti, que non esset talis alicui Prælato, aut Magistro ordinis, quia persona illius status iure optimo ampliori suppellectili potiri solent. Quare d. cap. exiij. rationem qualitatis personarum, conditionis, locorum, varietatis temporum, & nonnullarum aliarum circumstantiarum, habendam esse ad hanc status decenciam metiendam decernitur. Quare ex eis verbis constat decenciam status religionis etiam eiusdem ordinis, & gradus, in diuersis prouincijs diuersimodè metiendam esse, quod etiam constat ex Clement. exiij. vers. prouera, de verborum significatione, quia in prouincijs diuersis, aut affluentibus iis, aut alijs rebus, quidam cibus & vestitus reputantur vilia, quæ in alijs pretiosa existimarentur; & idem respectu diuersorum temporum.

18 Sexto deducitur, qualiter hac superfluitatis culpa liberari valeant religiosi amplissimos redditus habentes. Possunt enim primò liberari, quod ratione dignitatis personæ pluribus egeant, iuxta dicta num. præcedenti: vel secundò, quando regula posset dici relaxata, & paupertas eo modo intellecta, præualuisset que iam consuetudo. Tertio, quia pars illorum reddituum expenditur in conuentus bonum, & monialium pauperum illius, aut aliorum pauperum elemosynas: alia autem in licitos ipsius religiosi vsus. Vel tandem, quia religiosus ille multa sua arte comparauit monasterio, aut multa bona in illud attulit, qua ratione æquum est, vt plura sibi concedantur in elemosynas, & capellanas instituendas, iuxta ea que diximus ex Nauarro, & Ludouico Lopez. Quod si causa: ex excusantes non concurrant, prorsus latet, quo pacto culpa liberi euadere queant. At quando ipsi sunt in bona fide, nec de hoc rogant confessarium, nec spes est fore, vt admonito proficiat, potest confessarius tacere, ac ipsos absolueret, dummodo bene ex superioris licentia expendant, vt probauit libro 2. de matrim. disputat. 38. num. 9.

19 Septimo deducitur, non licere religioso habenti ex legitima superioris licentia peculium, id pro libito suo in quoluus vsus expendere, sed teneri in vsus honestos, ac aliter accipientem teneri restituere, etiam

si de superioris licentia det, vt probauit supra. Et an ipsemet religiosus teneatur restituere, diximus ibi; qui autem sint hi vsus pii, & honesti, diximus supra. Qualiter autem ex hoc peculio, & ex alijs occasione eius acquisitis, absque alia licentia quam veniendi illo, liceat elemosynam, aut donationem facere, diximus.

Quod si petas, qualis censetur causa iusta peculij concedendi monacho; respondeatur, eam esse duplicem, nempe necessitatem, aut vtilitatem grauem, priuatam, aut publicam. Priuata est, vt pro victu, vel vestitu religioso, quando monasterium necessaria illi non suppeditat, vel ad emendos libros spirituales, vel quibus discat, aut animus recreetur honestè. Publica autem, vt ad libros emendos ad docendum, & concionandum, &c. Atque ita docent Vmbertus, quem refert, & sequitur Turrecremata cap. non dicaris. 12. quest. 1. art. 2. num. 5. & 4. D. Antoninus 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 11. notab. 5. Tapia aubent. ingressi. verb. ipso ingressu. cap. 3. num. 51. & 52. C. de sacrosanct. Eccles. Nauarr. comment. 2. num. 24. corollar. 13. de regularib. Passarellus in compendio privilegiorum fratrum Minorum. post cap. 43. tit. de proprietate abdicanda, paulo ante finem. Gratius 2. part. decij. lib. 3. cap. 19. numero 28. & 29. Et tandem bene concludit Nauarrus ibid. numero 25. arbitrio prudentis relinqui, quæ sit iusta causa, & considerandam esse personam, locum, finem, in quem conceditur, tempus, & quantitatem rei concessæ, & id genus alia. Quare existimo maiorem causam desiderari ad concedendum peculium ex monasterij rebus, aut proprio labore comparatis, quæ subinde monasterio acquirantur, quam ex rebus concessis à secularibus. Quia in prioribus plus læditur monasterium, & maior quoque causa exigitur ad concedendum peculium, cum facultate subueniendi amicis, famulis, vel cognatis pauperibus, quam sine hac facultate. Quia in priori euentu amplior distributio conceditur.

An verò sit iusta causa, quando religiosus ille multa acquirit religioni, aut multa illi contulit, diximus supra, & an sit quoque iusta causa, quando iuste est extra monasterium, diximus etiam supra.

Præterea est iusta causa, quando religiosus bona monasterij administrat, vt constat ex cap. monachi, de statu monach. vbi Innocentius paulo post princip. explicat, vt quia est vestitarius, vel elemosynarius. Quare vniuersaliter videtur licere vniuersis religiosijs munera religionis obeuntibus destinare salarium ad nutum superioris reuocabile tanquam peculium, vt vel sic diligentius munere suo fungantur. Et ita in aliquibus religionibus est vsu receptum, vt aliquibus pro vestibus sibi peculiariter assignatis portiantur.

Similiter est iusta causa diuidendi bona monasterij religiosi, assignatis cuiuslibet certis, & determinatis portionibus per illos administrandis, quod est quoddam peculij genus, quando tepescere spiritui oriuntur discordiæ, inuidiæ, murmurationes ex communi religionis vsu, & vestitu, eo quod ea ipsi parca videntur. Vel quando religiosi res communes prodigè, & superflue expendunt, atque ideo certam pecuniam illis præscribere opus est, vt accuratius eam seruent, ne sibi necessaria deficiant. Et sic docet Nauarr. comm. 3. n. 29. de regularib.

Item iusta causa est magna monasterij vtilitas, vt si 24 occurrant vir, aut femina ditissimi in aliquo monasterio egenti profiteri volentes, non aliter quam referuato sibi aliquo peculio. Quippe id licet, vt suis diuitijs egestatis illius monasterij tubentur. Quia ratione fuit permittum à Pio V. cuidam nobili femina, vt sibi bona retinens profisteretur in domo propria, vt refert Nauarr. comment. 2. numero 16. de regularib. se consuluisset. Idem quoque iure communi concessum est e. final. qui clerici, vel conuentus.

Tandem

25 Tandem duo supersunt explicanda. Prius est, an ad retinendum peculium illud sit semper à superioribus successioribus petenda licentia? Id enim videtur, quia superior primò illam concedens videtur pro solo sui officij tempore potuisse concedere, cum vltra id tempus potestate careat. Sed optimè sic distinguit Manuel 99. regul. tom. 2. questione 125. art. 5. fin. Si id peculium ad vitam religioso concessum esset quàm vnum legatum, sit est prioris superioris concedentis licentia ad expendendum per totam vitam, nisi à successore reuocetur. Quia cum sit vnum, satis est initio concessionis adfuisse potestatem in concedente. Si autem sint quasi plura legata, est necessariò petenda à successioribus confirmatio prioris licentia. Quia quolibet anno est diuersum legatum. Quando autem sit vnum legatum, & quando plura, habes explicatum supra. Quibus addo, casu quo sint plura legata, sufficit licentia Prælati, qui erat initio illius anni, ad capiendum illius anni legatum, licet statim cesset eius officium. Quia quodlibet legatum cedit, & acquiritur initio cuiuslibet anni, vt habetur l. in singulos. 8. ff. de annuis legatis.

26 Posterior est, an culpa reus sit dans causam, vt religiosus permittatur peculium? Et breuiter dicendum est, Prælatum religionis non ministrantem necessaria subditis, cum commodè præbere possit, & sic peculij causam præbentem, peccare mortaliter. Quod clarè sentit videtur Diuus Anton. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 11. ad fin. & Syluester verb. religio. 6. questione 7. fin. vbi dicitur non esse in tuto statu Prælatos non adhibentes diligentiam debitam, vt in communi vita transigatur, quado id commodè, & sine magno scandalo fieri potest. Posset autem aliquis existimare, hoc peccatum in superioribus non esse contra votum paupertatis; quia habere peculia religiosos ex licentia superioris concessa ex iusta causa, licet etiam contra votum paupertatis. Atque in hoc casu adest iusta causa habendi peculia. Quare cum subditis non peccent contra paupertatis votum, nec ipse superior peccabit contra illud, sed epi peccatum inique dispensationis. At reuera existimo esse peccatum contra paupertatis votum. Nam sicut qui tenetur feruis impedimentum auferre, quod facit commodè in feruis interesse valeant, nec aufert, eius peccati est reus, quod perpetrarent ferui non audientes, si possent: ita Prælati hic peccabit contra votum paupertatis, vt prope qui culpa sua præbet aniam, vt subditi peculia habeant, quibus violaretur id votum, nisi ea causa concurrenti excusarentur. Nec obstat tunc subditos non delinquere in hoc votum: satis enim est fore, vt aduersus id delinquerent ablata illa causa; sicut etiam ferui illi liberi sunt ab omissionis facti culpa, stante illo domini impedimento, & tamen dominus ea culpa omissionis facti non liberatur, præbens inique eam omissionis causam. An verò peccent in idem votum dantes peculij causam, admittendo plures religiosos quam ex redditibus conuentus, & elemosynis conuictis ali valeant, dicemus cap. sequenti.

27 Similiter etiam peccant mortaliter subditi dantes peculij causam resistendo vitæ communi, cum illis necessaria ministrantur, vt docent Diuus Antoninus, & Syluester numero præcedenti allegati; & similiter quando grauitur murmurando, & magnas querelas fundendo, & peccatum est contra paupertatis votum. Quippe illa licentia tanquam metu extortita eos minime excusat, vt diximus supra: secus autem quando iustum peculij sibi concedendi causam præbent, vt sua industria, & labore comparando multa bona religioni, &c. Quia hæ posteriores actiones sunt ex se iuste, & reddunt religiosum concessione sibi peculij dignum. Priores verò sunt iniuste, Summa Th. Sanchez, par. 111.

nec reddunt peculio dignum, sed cogunt vt concedatur.

Ad argumenta n. 7. proposita responderetur. Ad primum, 28 & secundum dic ea verba Tridentini intelligenda esse iuxta ius commune antiquum, vt ea omnia ita fiant, nisi causa legitima adit concedendi peculij, & administrationis ad vsus honestos, manenti facultate in superiori reuocandi liberè. Ad tertium constat ex dictis numero 14. vbi id Tridentini decretum expouimus. Ad quartum dico, ea omnia vitari concello peculio cum limitationibus prædictis. Ad vltimum dic, etsi non omnino certum esset, licere id peculium a Trento iure antiquo, at esse quàm certum, quod satis est, ne absque causa virgenti inducamus correctionem, ac nouam obligationem.

CAPVT XIII.

SVMMARIVM.

Proponuntur decreta quibus hoc interdicitur. num. 1. Explicatur differentia inter hæc decreta, & an idem sit non posse absque penuria, & non posse commodè sustentari? numero 2.

Quale peccatum sit contrarietate his decretis, plures admittendo. num. 3.

An valeat professio si plures admittantur? num. 4. Qualiter hæc seruentur in monasterijs monialium, & an computanda sint peculia, quæ specialia moniales habent, & quod maritum labore comparant? num. 5.

Qualiter hoc decretum obliget in monasterijs virorem. numero 6.

ANSAM huius disputationis tribuunt varia iuris decreta, quæ circa hoc exstant. Nam cap. vnic. §. sane, de statu regular. in 6. sic dicitur; Inhibemus ne in monasterijs ordinum non mendicantium aliqua recipiantur de cetero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, sine prouentibus absque penuria sustentari. si secus actum fuerit, irritum decernentes. Quod idem non irritando professionem decretum est de omnibus monasterijs & virorem, & mulierum in Concilio Arelatensi IV. capite 8. sub Leone III. quod celebratum est anno 818. & in Concilio Moguntino. capite 19. quod sub eodem Pontifice, & eodem anno celebratum est, & vtrumque habetur tom. 3. Conciliorum. in noua editione. & cap. 1. de institutionibus idem decretum est de omnibus monasterijs monialium, & virorem, ibi; Non amplius suscipiantur in monasterijs monachorum, aut clericorum, seu etiam puellarum, quam quot se regere de bonis Ecclesie atque penuria possunt. Et tandem idem nouissimè decreuit Tridentinum de omnibus virorem, & mulierum monasterijs sessio 25. cap. 4. de regularib. ibi; In monasterijs, & domibus tam virorem, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, si tantum numerus constitutus, ac in posterum conseruatur, qui vel ex redditibus proprijs monasteriorum, vel ex consuetu elemosynis commode possint sustentari. Et Pius V. in motu proprio edito anno 1566. incipienti; Circa pastoralis officij, sic inquit; Et ne propter monialium numerum excessuum clausura obseruari violetur, inobedientes similiter constitutioni Bonifacii VIII. & Concilij Tridentini, monialibus, & illarum superioribus, & ordinarijs districte inhibendo precipimus.







& Thomae Vualdenſis lib. 4. doctrinalis fidei antiquae. c. 3. & 4. Quod inter alia optime confirmat, quia Christus Marc. 9. pollicetur praemium iis, qui aquae potum peccentibus suo nomine dederint. Ac illi in primis censendi sunt nomine Christi petere, qui non causa vacandi orio, sed ut vestigijs Christi inhaereant, ac libentius spiritualibus rebus, & proximorum saluti incumbant, voluntariam pauperatem ex elemofynis emendicatis vivendo elegere.

7 Quod si opponatur Tridentinum sessio 21. de reformatione c. 9. damnans elemofynarum quæstores, obsequè penitus exterminandos decernens; respondent optime, & late probantes Navarrus lib. 1. consiliorum in 1. editione, de regular. tota consil. 79. in 2. libro 5. tit. de penitentis. & remissionib. tota consil. 13. Manuel tom. 1. summ. in 2. editione. c. 102. numero 4. & 99. regular. tom. 2. questio. ne 17. art. 7. non ibi dampnari religiosos suo victui, vel quocunque pauperibus elemofynam emendicantes, sed eos solos elemofynarum quæstores, qui predicando, aut publicando indulgentias concessas iis, qui manus aditrices porrigunt locis quorum sunt quæstores, & quibus elemofynam petunt, quarunt elemofynas; idque colligitur ex c. cum ex eo, de penitentis, & remissionib. & Clement. abusionibus, eodem tit. Idem interdicentia collocantur in capitibus tractantibus de indulgentis, & de abusu quæstorum in eis publicandis, & in Tridentino eodem cap. 9. in fin. interdicuntur per quæstores hos indulgentias publicari, permilla earum publicatione deputatis per ordinarium.

8 Quarta conclusio. Per accidens est quandoque illicitus vsus elemofynarum religiosis, nempe si ab actibus religiosis desisterent, vellenteque sua culpa in religione otiosam vitam ac inutilem transigere, quia ex elemofyna à fidelibus conferuntur, ut religiosis liberius religiosis actibus insistant, & spe eorum bona opera participandi; at hoc sine, & spe defraudant predicti religiosis suos benefactores. Atque ita docent D. Thom. 2. 2. quest. 187. art. 4. corp. paulo post princip. & ibi Caietanus dub. 2. Ledesma 2. part. 4. quest. 15. art. 3. fol. 135. column. 2. Angles floribus. 1. part. tractat. de elemofyna. quest. 9. de mendicitate, difficultate 4. Valentia 2. 2. disput. 10. quest. 5. puncto 3. qui optime notat non solum calliditatem ab actibus religiosis, & otiositatem, esse peccatum, sed etiam ipsum elemofynarum accipiendum vltum tunc esse illicitum contra gratitudinis obligationem. Quod clarè significant DD. allegati, cum vsam ipsam illicitum appellant. Et ratio est, quod religiosis elemofynas accipere debeant animo benefactoribus gratificandi, faciendo illos bonorum operum participes. Quare cum otiosam, & religiosis actibus destitutam vitam agunt, peccant eas vsurpando, & defraudando benefactores ea spe, & beneficio.

9 Quod si petas, quale peccatum sit hoc, Caietanus allegatus in num. precedenti, ut Corduba in regulam D. Francisci, cap. 6. quest. 13. dicunt in duplici casu esse mortale ingratitudinem. Prior est, si religiosis ab eis actibus desistat ex formali beneficii elemofynarum contemptu, quia in hoc casu gravis est deformitas, & ingratitudinem mortalis peccatum committitur, ut testatur D. Thom. ab omnibus receptus, 2. 2. quest. 107. art. 3. Posterior est, quando quis citra contemptum ab actibus religiosis sub culpa lethali obligantibus abstinet. Et quidem prior casus verissimus est, cumque admittit Valentia num. precedent. allegatus; sed de posteriori merito dubitat. Nam si intelligatur de speciali ingratitudinis peccato, necessarium est, ut id committatur ad esse speciale præceptum virtutis gratitudinis nec satis esse consurgens ex alijs virtutibus præceptum reperiri, ut de se constat. At quando beneficii accepti contemptus abest, non est speciale gratitudinis præceptum sub mortali obligans, sed ex alijs virtutibus id præceptum consur-

git. Non ergo tunc peccabit mortaliter contra gratitudinem; sed id solum mortale reperitur, quod vitæ tunc obliganti a duserat. Et concludit Valentia forte dici posse probabilius, contingere speciale ingratitudinis lethale peccatum per horum actuum circa contemptum omissionem, quando religiosus ferè nunquam benefactorum memor est, & notabiliter esset in religiosis obsequentiis negligens, ita vt nullas, aut vix aliquas curaret. Sed exitimo non esse ingratitudinem mortalem, sed venialem in posteriori casu, etiam religiosis ille benefactorum semper immemor esset, ac in obsequentijs regularibus ita negligens, vt vix vllam curaret, quia non inuenio speciale gratitudinis præceptum ad ea sub mortali obligans, sed sub solo veniali; atque id satis indicat Caietanus, dum in posteriori hoc casu peccatum illud appellat ingratitudinem materialem. Extra hoc autem casus bene ait Caietanus hunc elemofynarum vsum in religio otioso, & desistente à religiosis actibus, esse veniale ingratitudinis peccatum.

Hinc deducitur, religiosos hos minime teneri, quæ ex elemofynis in proprijs vsus consumunt, restituere, tum quia non peccant contra iustitiam, eo quod nullum pactum cum dantibus elemofynas inearit, ac proinde nulla iustitiæ obligatio consurgat, sed sola gratitudinis, quæ vinculum restituendi adimperat; tum etiam quod conferentium elemofynas intentio non fit gratis nihil donare. Atque ita docent Caiet. eodem lib. 2. & Valentia eodem puncto 3. in Angles d. 9. diff. 5.

Quinta conclusio. Non tantum est licitum mendicare relinquentibus diuitias, vt in religione migrant, sed etiam eas relinquentibus in seculo, paupertatem imitatione Christi eligendo. Ducor, quod hoc sit optimum medium ad superbiam exterminandam, quia paupertatem Christi imitandam præterea, quia D. Hieronym. in Epistola ad Oceanum commendat Fabioiam, eo quod diuitijs pro Christo effusus optaret mendicare. Tandem idem probat factum Elisæi 3. Reg. 19. quod commendat D. Ambrosius lib. 1. de officijs cap. 30. & refertur cap. Dominus. d. 86. qui relictis omnibus, vt liberius disciplina prophetica vacaret, ex elemofynis vivebat. Atque ita docent D. Thom. 2. 2. quest. 187. art. 5. corp. Metina C. de penitentia, tractat. de elemofyna. quest. de elemofyna danda sanis voluntariam paupertatem assumentibus. Navarrus comm. 2. num. 37. de regular. Ledesma 2. p. 4. q. 15. art. 3. dub. 3.

Sexta conclusio. Integrum quoque est diuitibus retinendo diuitias, inducere ad tempus deuotionis causâ in aliqua peregrinatione personam pauperem, atque ex elemofynis in ea emendicatis vivere. Quod probat vsus Ecclesiæ habentis, vt peregrinationes hæc viuendo ex elemofynis emendicatis, & in penitentium sacramentalem iniungantur, & voto promittantur. Cùm ngrutum fieri possit, si id illicitum esset. Nec obstat, quod peregrinos non esse verè pauperes, sed diuites, atque ita videri factio ipso mentiri, profrendo mendicare te pauperes, idque in verorum pauperum præiudicium; quia reuera dñi hi absque pecunijs peregrinantur mendicando, sunt verè pauperes peregrini, ac proinde nec factio mentiuntur, nec eis elemofynis indigui sunt. Atque ita docent Caietanus 2. 2. quest. 187. art. 5. dub. 2. Navarrus comment. 2. num. 37. de regular. Angles floribus. 1. p. tractatu de elemofyna. quest. 8. difficult. 1. Manuel 99. reg. tom. 3. quest. 3. art. 1. Valentia 2. 2. disput. 10. quest. 5. puncto 4. Atque ob hanc causam ait Navarr. ibi à se innumeros diuites excusatos à culpa Compostellam ac Romam peregrinationem capientes, ac vtenes cibis, qui pauperibus peregrinis tradendi alendis sunt ibi destinati. Adduntque bene Navarr. & Manuel ibidem cum Calderino per ipsos allegato, hoc quoque Sacerdotibus licere: quod hic peregrinandi modus statum eorum non dedecat.

Septima

73 Septima conclusio. Quod si diuites hi non causa peregrinandi mendicent, sed habentes in promptu, quibus alantur, ex elemofynis emendicatis viuant, vt superbiam frangant, carnemque doment, est ex se, & regulariter vituperabile, eo quod iis elemofynis veros pauperes defraudet, nec ad eos consonet personæ. At posset esse laudabile, ut in hoc casu speciali, quando aliter superbiam exterminare nequirit. Atque ita docent Caietanus, & Valentia numero precedenti allegati. Additque bene Valentia ex Caietan. teneri tunc hos diuites elemofynas emendicatis veris pauperibus restituere, aut tantundem ex suis bonis erogare, quia verè non sunt pauperes, vt iuste elemofynas sibi capere possint.

74 Octava conclusio. Licitum quoque est hi diuitibus emendicare, quando elemofynas illas, aut tantundem de suis bonis erogant pauperibus. Quod actum propriè abiectionis exercentes, quantæ veris pauperibus elemofynas, quod re vera est non sibi, sed iis emendicare; & ita docent Caietanus, & Valentia ibidem.

75 Nona conclusio. Mendicare cupiditatis aggregandi opes, & otiositatis causa, est vituperabile. Quia finis est malus, & vita otiosa est Republicæ noxia, atque adeo iuste hi tanquam vagabundi puniuntur. Atque ita docent D. Thom. 2. 2. questio. 187. art. 5. & ibi Caietan. dub. 2. Medina, Ledesma allegati num. 11. Angles, & Valentia allegati num. 12. Manuel 1. tom. summ. in 2. edit. c. 202. sine.

76 Quod si petas, quale peccatum sit ex hac causa mendicare; Caietanus eod. art. 5. dub. 3. & Manuel num. precedenti allegati dicunt esse veniale, si verè ille mendicans sit pauper. Quod nullam iniuriam irroget, sed cupiditatis, & otiositatis indulget; secus si verè esset diuites, quia tunc fraudulenter elemofynas extorqueret. Sed priorèm partem bene approbat Valentia num. precedent. allegatus, quando finis esset vita otiosa; secus (inquit) quando finis esset diuitias aggregare; nam id regulariter esset mortale, quia regulariter hoc sine mendicans habet animum petendi quoque elemofynas, postquam sufficientem victum habuerit, vt sic congreget diuitias. Quare ratione huius intentionis peccabit quoque mortaliter, perinde ac si factus diuites emendicaret, nec hoc est contra Caietanum, qui loquutus est præcisè, & formaliter ex vi solius finis congerendi diuitias. Quando autem hi diuites restituere teneantur, & cui, pertinet ad tractatum de restitutione.

77 Id demum obseruandum est, non teneri diuites ad elemofynas erogandas volentibus pauperem vitam imitatione Christi transigere, si nullis operibus in proximorum vtilitatem vacent, vt confessionibus audientis, concionibus, &c. Quia voluntarium est illis in ea paupertate viuere, & possunt operibus manuum suarum victum querere, et si diuitias dimiserint. Sic tradunt Medina C. de penit. tractatu de elemofyna. q. de elemofyna danda sanis paupertatem voluntariam assumentibus. Ledesma 2. p. 4. q. 15. art. 8. sine. Quod tamen intelligo verum, quando hi possunt nunc aliter viuere; si enim verè dimissis opibus sunt iam pauperes, nec possunt operibus manuum suarum viuere, exit de ipsis eadem ratio, ac de alijs pauperibus.

CAPVT XXV.

Qualiter religio, aut religiosus ipse, et si ordinis Minorum sit, capax sit hæreditaria successio nis ex testamento, vel ab intestato.

SVMARIVM.

Exceptis Minoribus, & Capucinis possunt alij religiosi hæredes institui. n. 1.

An mendicantes possint institui, vt immobilia retineant. n. 2.

Quid de nouitis ordinis Minorum. n. 3. Mores obseruantiæ, & Capucini sunt incapaces hereditaria successio nis, siue ex testamento, siue ab intestato. m. mero 4.

An possint institui per fideicommissum vniuersale ita vt si non valeat iure testamento, valeat iure codicillu. n. 5.

An si de factu instituantur fratres Mores hæredes, valeat testamentum, & ad quos hæreditas illa pertineat. n. numero 6.

An hi teneantur in foro conscientia solvere æstimationem fratribus Minoribus? Refertur quedam sententia. n. 7. Sententia auctoris; & quid importet dictio nullatenus. numero 8.

An si hæredes soluam æstimationem fratribus Minoribus, possint hi accipere. n. 9.

An si instituantur hæredes fratres Mores hac adiecta clausula, vt hæreditas vendatur, & pretium in necessaria fratribus cedat, valeat institutio? Refertur quedam sententia. num. 10. Explicatur sententia auctoris. n. 11.

Quid si quis instituat heres cum onere, vt hæreditatis vendita pretium conuertat in fratrum Minorum vsum? num. 12.

An Ecclesia fratrum Minorum, vel aliorum, vel Guardianus Ecclesiæ possit heres institui? Refertur quedam sententia. num. 13.

Sententia auctoris. n. 14.

An valeat institutio fratris Minoris grauati, vt alteri hereditatem restituat. n. 15. Et ibidem venis sine, an si instituat, & tempore mortis testator sit capax, valeat; vel quid si tunc non erat frater Minor, & post sit frater Minor, vel tempore mortis sit iam capax, vel instituat in tempus, in quo dicitur, & est capax?

An valeat consuetudo, vt fratres Mores immobilia, ac redditus possideant. n. 16.

Quis succedat in bona fratrum Minorum, qui ante professionem non disposuerit? Refertur varia sententia. num. 17. 18. 19. & 20.

Explicatur sententia auctoris. n. 21.

Quis succedat in bona, qua fratres Mores lucrantur post professionem, & an sit necessaria licentia Pape, vt monasterium his bonis tractetur? Refertur quedam sententia. n. 23.

Sententia auctoris. n. 24.

NON disputamus de legatis, quia de his erit sermo in cap. seq. nec disputamus de religiosis è Societate IESU, quia de his dicemus infra: sed de capacitate aliorum religiosorum, vt valide hæredes instituantur. Quia in re constat apud omnes posse non solum monasteria, sed etiam ipsos religiosos, exceptis fratribus Minoribus de obseruantia, & Capucinis, hæredes à quolibet institui, non vt sibi acquirant, sed monasterio. Probat ex l. fin. §. hoc etiam. C. de Episcopis, & clericis, vbi decernitur, quolibet tales religiosos esse successiones capaces, ac proinde succedere ex testamento, & ab intestato parentibus: nec posse exheredari ab eis ratione ingratitudinis in seculo admittæ. Ergo sunt etiam capaces cuiuscumque alterius successiones hereditaria, si à quocumque hæredes instituantur. Quia si hæc successio voto paupertatis repugnaret, idem esset de successione paterna, ac proinde illius quoque incapaces essent. Id etiam constat ex l. regia 2. ii. 3. p. 6. vbi expresse deciditur, religiosum posse institui hæredem, & tradunt Iason arch. ingressus. 1. 8. C. de sacrosanct. Ecclesiæ. Bertrandus consil. 206. num. 5. & consil. 73. num. 2. in fine. volum. 3. in posteriori parte. Navarr. comm. 2. n. 43. de regul. Iulius Clarus dicens neminem de hoc dubitare lib. 3. recept. §. æstima. q. 29. fin. Spino speculo testam. gloss. 12. principals. n. 17. Molina tom. 1. de iust. disp. 140. col. 8. vers. non solum bona. & disp. 154. paulo post princip. Manuel 99. reg. tom. 2. q. 77. art. 1.

Et quare







idem Decius conf. 499. n. 5. vol. 4. Guillelmus Benedictus...

12 Quod si non ipsi Minores instituantur heredes, sed alius cum eo onere, ut hereditatem vendat, ac pretium in fratrum necessitatem conuertat, absque dubio valebit. Quia tunc fratres hi non succedunt in aliquid defuncti ius, nec sunt veri heredes, ac proinde nec in eos transeunt onera hereditatis annexa. Atque ista tradunt Cardinales in Clement. eximii. num. 11. q. 2. Anton. Gabriel eadem concl. 1. num. 4. Corduba eodem puncto 1. Sorbus in compendio primi. Mendicantium. verb. hereditas, in suis annotat. vers. si autem fratres. Manuel qq. reg. tom. 2. quest. 78. art. 4. fin. Leonardus lib. 1. de iust. c. 19. dub. 5. num. 14. Delimitationem autem quam apponant Sorbus, & Manuel, nempe dummodo quantitas sit moderata, videbimus cap. sequenti.

13 Tertia difficultas est, an Ecclesia fratrum Minorum possit heres institui? Affirmant Bart. tract. 4. Mendicantium. lib. 1. d. 3. fin. q. 6. n. 2. & l. c. i. in iust. in. 12. in princip. num. 1. d. 3. ff. de legat. 1. Abbas conf. 63. n. 4. lib. 2. Antonius Cucus lib. 3. instit. minorum. tit. 1. num. 37. Manuel qq. reg. tom. 2. q. 78. art. 5. & dicit esse satis probabile Sorbus in compendio privileg. Mendicantium. verb. hereditas in suis annotat. vers. sed tunc fratres. Ducuntur, quod Ecclesia verè heredis institutio capax sit; sed Ecclesia fratrum Minorum est de iure, & proprietate Ecclesie Romanæ, ut habetur Clement. eximii. de verb. signif. ergo hereditas illi relicta valet, tanquam relicta capaci. Atque idem dicit Bartol. eodem lib. dist. 16. cap. 1. si instituat altare fratrum Minorum, aut Guardianus Ecclesie, vel altaris fratrum Minorum, quamvis ille Guardianus elicit frater Minor: secus, inquit, c. 2. si instituat Guardianus fratrum Minorum. Quia in priori casu est perinde ac institui Ecclesiam fratrum Minorum, quæ institutionis huiusmodi est capax: in posteriori autem est institui conuentum fratrum Minorum, qui incapax est. Atque de custode altaris tenet idem Bald. e. locum. num. 1. 3. vers. quæron quid latens de iudicio.

14 At verus est, nec eam fratrum Minorum Ecclesiam posse validè hereditariè institui, quia Ecclesia religionis fratrum Minorum non succedit in bona in ea prohentium, nec de illis antea disponentium, nec Ecclesia Romana, sed heredes ab intestato, vt dicemus infra. Ergo neutra Ecclesia succedit alicui ex institutione in testamento. Quia æqua est vtriusque ratio: cum ideo non succedat in illa bona, quod medium fit incapax, nempe proficiens in ordine Minorum. Et confirmatur, quia ideo Ecclesie Romanæ acquiritur legatum licitè relictum fratribus Minoribus, quod illis legati capaces sint. Ergo cum successione hereditariæ sint incapaces, eam non acquirunt Ecclesie Romanæ, quippe illi acquiritur debet medio organo capaci. Et ideo hanc sententiam tuentur Bart. se expressè retractans l. vnic. in fin. C. de conductibus. lib. 11. & ibi Platea fin. Iacobus Rebuffus ibi. num. 4. Bald. dicens priorè sententiam esse falsam auctent. ingressi, in noua edit. num. 55. C. de sacrosanct. Eccles. Ancharanus Clem. eximii. num. 6. & 7. de verb. signif. Ioan. de Lignano, Capra, Troylus, quos refert, & sequitur Quelada in suis qq. iuris. c. 22. num. 19. Angelus auctent. de ecclesiasticis iudic. §. si quis autem. c. 2. num. 8. & auct. vt determinat. in fin. in prin. n. 1. Anton. Gabriel in mea edit. tom. 3. commun. opinio. num. 11. de heredit. instit. in. concl. 1. num. 2. Montalbus l. 10. verb. in a bone. tu. s. lib. 3. fori. Serena conficentia q. 1. 7. Corduba in reg. D. Francisci. c. 6. q. 11. p. 1. Sorbus n. 4. precedenti allegatus, Azor 1. p. 1. instit. moral. lib. 12. c. 23. q. 15. Quarto eadem ratione minus verum est, posse institui altare Minorum, aut Guardianum Ecclesie, vel altaris ipsorum, vt bene reprobant

Bald. & Ancharanus ibidem. Nec potest directè, nec per fideicommissum, aut via substitutionis institui, vt bene ait Sorbus, sicut nec ipsi fratres Minores possunt aliquo ex his modis institui.

Quarta difficultas est, an si frater Minor instituat heres, graueturque de hereditate restituenda cuidam tertio, cogatur, aut possit adire, vt hereditatem restituat Ansam dubitandi præbet l. cog. 1. 6. §. si qui solidum. ff. ad Trebell. ibi; Si qui solidum capere non possunt, esse heredes institui. & rogati solidum restituere adire hereditatem, & restituere cogentur, cum nil sit oneris apud vos remansurum. Vbi Gloss. verb. oneris, explicat, id est, emolumentum. l. nam quod. 14. §. qui compulsus. ff. ad Trebell. ibi; Qui compulsus hereditatem adit, sicut ceteris commodis caret, ita hoc quoque casu caret, ne postea penitentem quartam retineat. Breuiter dico, quamuis in reliquis succedendi incapax sit specialis difficultas, de qua agunt DD. cum Gloss. Lean quam. 14. C. de fideicommissis, & specialiter est consulendus ibi Padilla a num. 12. ac quando quispiam est incapax ratione mortis plustquam ciuili, qualis est frater Minor, nequit adire. Quia caret nomine, & quous principio, vt sit heres, & omnia, que in iure consistunt, sunt illi interdicta. Quarè institutio habetur pro non scripta, perinde ac si homo mortuus institueretur. Et ita docent Bald. ea l. eam quam. n. 18. Quelada a. d. 12. num. 7. Corduba c. 6. reg. q. 11. puncto 2. paulo post principium. Quid autem si frater Minor instituat heres, & tempore mortis testatoris sit capax, an valeat vel quid si tunc non erat frater Minor, vel post sit frater Minor, vel iam capax sit tempore mortis, vel instituat in tempus, in quo erit capax, dicemus infra, vbi de transitu religio ab vna religione in alteram egerimus.

Quinta difficultas est, an consuetudine induci valeat, vt fratres Minores bona immobilia in communi possideant? Et quidem si de aliis Mendicantibus sit sermo, quibus hoc non ex voto, sed ex suis constitutionibus est interdictum, constat posse id consuetudine induci. Quia hæc potest derogare iuri ecclesiastico generali, nec in particulari horum constitutionibus. Atque ita docet Abbas conf. 27. fin. volum. 1. Ancharanus conf. 56. num. 6. & 7. Azor latius probans tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 23. quest. 8. nec de hoc aliquis dubitat. At quoad fratres Minores videtur id non posse fieri. Quia, vt optime ait Azor ea. quest. 8. fin. conuertendo vim habere nequit contra promissa substantiæ religionis votis, cum ea iure naturali diuino obligent, aduersus quod nullæ sint consuetudinis vires. At paupertas solenni voto à fratribus Minoribus promissa est, vt nec in communi, nec in particulari dominium alicuius re habeant. Et ita hanc partem sustinent Fulgof. conf. 105. ad finem. vers. non obstat. Cephalus conf. 98. num. 4. vol. 1. Quelada in suis questionibus v. v. cap. 22. num. 16. & satis inuit Ancharanus e. conf. 56. num. 6. an valeat consuetudo, vt acquirere possint immobilia quoad vsum, non vt ea retineant, sed vt vendant, vt bene docet Nicolaus de Vbaldis de successione ab intestato, vbi de successione regularium. p. 2. num. 6. Quia etsi capere immobilia, vt retineant, sit contra paupertatem ab ipsis promissam, non tamen ei aduersatur, ea capere vendenda ad conuertendum pretium in proprios vsus. Verum re hac bene perpensa, existimo probabilius esse, posse consuetudine legitime præscripta induci, vt fratres Minores habeant bona immobilia in communi. Ducor, quod ipsi non expressè voto paupertatis promittant le non habituros bona hæc in communi, sed solam paupertatem promittant iuxta suas constitutiones. Cum ergo conuertido possit derogare constitutionibus illis tanquam iure humano inductis, poterit inducere, vt nec paupertas illa excludat habere bona immobilia in communi, qui enim vouet, vel iurat seruare aliquam constitutionem, tandiu tenetur illam seruare, quandiu consuetudine non est abrogata. Item,

Item, quia ius ecclesiasticum hoc potuit inducere, sicut potuit in reliquis Mendicantibus; nempe hoc nõ est contra paupertatem ex se, siquidem relique religiones videntur paupertatem, & possunt hæc immobilia possidere: sed est contra modum paupertatis constitutionibus præscriptum. Ergo consuetudo ad hoc facta est.

17 Vltima difficultas est, quis succedat in bona, quæ fratres Minores habebant, quando ipsi ante professionem non dispoferunt? Qua in re sunt variae sententiae. Prima dicit succedere Ecclesiam Romanam, quia ex natura professionis fratres Minores dedicant se & sua religioni; at quia ea est incapax, acquiruntur ea bona Ecclesie Romanæ, cui ordo Minorum subest. Sic Iacobus de Arena l. fin. numero 6. C. de Episcop. & cleric. Signorolus auctent. ingressi. numero 8. C. de sacrosanct. Eccles. Angelus summa. verb. monasterium numero 5. & Iacobus Buttigarius auctent. si qua mulier. opposit. 1. C. de sacrosanct. Eccles. dicit posse ad libitum teneri, acquiri Ecclesie Romanæ, aut venientibus ab intestato, & Bellamera c. in presentia. num. 2. de probationibus. relinquit dubium cogitandum, an Ecclesie Romanæ, an potius venientibus ab intestato acquirantur.

18 Secunda sententia ait, acquiri Cameræ Episcopali. Hanc referunt, & videntur sequi, eo quod illam referunt in vltimo loco, Innocentius cap. in presentia. num. 6. de probat. & ibi Hostiensis. verbo. Anchar. num. 2. 3.

19 Tertia sententia docet, bona hæc haberi quasi derelicta, & ideo fore primi occupantis. Hanc refert Innocent. n. precedenti allegatus aliquorum.

20 Quarta sententia tenet, succedere in ea monasterium, exclusis hereditibus ab intestato, quod debet ea vendere, vt in proprias necessitates expendat. Sic tenet Speculator in de statu monachorum §. vnic. num. 7. quest. 1. & loquens de vltimæ voluntatis frater Minor habebat in seculo, tenet Guido Pap. quem refert, 945. num. vnic. atque Armilla verb. hereditas. num. 8. dicit se credere, habere fratres Minores priuilegium succedendi in hæc bona, & Tabiena ibi. quest. 12. num. 13. dicit fortè illos habere hoc priuilegium, & idem verb. hereditas. 1. quest. 4. num. 5. fin. ait fratres Minores habere priuilegium habendi bona stabilia, ac ea Bononiæ, ac plerisque aliis in locis habere. Et potest probari, quia Sixtus V. indulsit fratribus Minoribus, vt referat compendium Mendicantium verb. hereditas. §. 3. & Clemens V. vt refert Manuel. qq. reg. tom. 2. q. 78. art. 6. Sed dicit priuilegium hoc non intelligi de fratribus Minoribus obseruantibus, vt ab eodem Sixto, & aliis Pontificibus est declaratum, vt docent compendium Mendicantium, & Manuel ibidem, & Corduba in reg. D. Francisci. c. 6. q. 7. 1. puncto 1.

21 Vltima, & verissima sententia est, succedere heredes ab intestato. Ratio est, quia cum hi per professionem se spolient omni dominio, & possessione, nec transeant hæc in monasterium, vt pote quod est ciuilibet successione ex testamento, & ab intestato incapax, vt diximus num. 4. sequitur, vt ea ad heredes ab intestato illius professi deuoluenda sint, ne domino destituta maneat, perinde ac deuolueretur, si ille ante professionem intestatus in seculo obiret. Et ideo hanc sustinent Archidiacon. cap. quia inuentibus. 19. quest. 3. numero 2. Federicus conf. 26. numero 1. Bart. tract. Mendicantium. lib. 4. dist. 1. cap. 1. & 2. Ant. cap. in presentia. numero 25. ad finem probat. & ibi Abb. numero 61. Cardinalis ad fin. Decius in noua edit. numero 2. 6. Parisius num. 174. Felin. num. 50. Iniola num. 1. Beronius num. 539. Matrua num. 74. Henricus num. 4. Bald. auct. ingressus noua edit. num. 38. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Paulus num. 4. Salycetus fin. Iafon fin. Additionator ad Bart. num. 11. verb. fratrum Minorum. Idem Salycetus auct. ingressi. num. 3. opposit. 6. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Iafon num. 24. Anol. l. in numero 18. ff. de testamentis. Decius cap. 1. in noua editione. num. 9. 1. de iudicio. & conf. 499. num. 5. vol. 3. Romanus singulari 439. num. 1. & conf. 296. num. 7. Francus rubr. de testamentis. in 6. num. 68.

Rofellus d. auct. ingressi. n. 23. Alexand. l. si quis mihi. 25. §. seruis. n. 6. ff. de acquir. hereditate. Fortunius legellus. §. & quid si iam in. n. 73. ff. de lib. & posth. & ibi Crotius num. 28. Ruinus num. 4. Nicolaus de Vbaldis de success. ab intest. vbi de successione regularium. 2. p. num. 9. Redoanus de spoliis eccles. quest. 8. in princip. num. 28. Guillelm. Benedictus c. Raymus. verb. & uxorem. in princip. num. 25. & deis. 2. fin. Gratus conf. 68. num. 1. 3. vol. 1. Montalbus l. 10. verb. in a bone. tu. s. lib. 3. fori. Angelus verb. heres. num. 15. Sylu. verb. hereditas. 1. quest. 7. n. 10. dicto 5. Quamuis enim hi duo videantur contrarium sentire; imitant enim hoc, nisi imploratione officij Iudicis vellent dicta bona vendere, & in suas necessitates conuertere, tunc enim dicunt eos successuros: verum vterque addit (vt dictum est.) Atque idem Angelus verb. hereditas. n. 17. ad quem locum se remittit, & idem Sylu. eadem quest. 7. num. 10. dicto 1. dixerant hoc, nempe posse dicta bona capere, vt vendant, non habere verum in fratribus Minoribus, sed in aliis Mendicantibus, Iulius Clarus lib. 3. receptar. §. testamentum. quest. 28. num. 7. Angulo de melioration. l. 1. gloss. 3. num. 22. Villalobos in suis communibus opinionibus. littera M. verb. monachus. num. 182. Alcanius Clemens de patria potestate. cap. vlt. num. 7. Armilla verb. hereditas. n. 19. Tabiena verb. heres. quest. 9. num. 10. Ladius Zeechius de Repub. Christi. tit. de regular. cap. 3. l. 1. l. 1. l. 1. Leonardus lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 10. numero 86. Sorbus in compend. privileg. Mendicantium. verb. hereditas, in suis annotationibus. §. penult. Rebellus tract. de iust. 2. part. lib. 1. questione 8. sect. 5. numero 51. Molina tomo 1. de iust. dist. 1. 39. col. 3. vers. iam professi, & disputat. 140. in. Limitationem verò, quam nonnulli DD. ex his citatis adhibent, videlicet, nisi essent illis bona relicta sub conditione, vt si decesserint sine liberis, restituantur, quia tunc videntur succedere pauperes, videre poteris in illis, quæ ad cap. in presentia ipsi tradunt.

22 Succedent autem heredes ab intestato in prædicta bona ab ipso professionis die in ordine Minorum, quia ea professio est tanquam mortis naturalis, & ita docent Baldus, Paulus, Salycetus, Decius, Parisius, Nicolaus de Vbaldis, Iul. Clarus, Redoanus allegati numero precedenti.

23 Sed quod dicendum de bonis, quæ acquiri frater Minor post professionem, vt donatione, legato, suis operis? Videntur enim ea monasterio non acquiri ex cap. eximii. §. ad hæc cum fratres de verb. signif. in 6. ibi; Ad hæc cum fratres ipsi sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possint etiam in communi. Pro qua parte tenet Richardus 4. d. 45. artic. 4. questione 2. & Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 10. quest. finali. vbi dicunt legatum relictum monacho acquiri religioni, quando est succedendi capax. Atque expressè Nauarr. libro 3. consuet. de regn. in priori edit. 100. conf. 73. in posteriori, 100. conf. 85. vbi ait, frater Minorem apostatam multa viuis operis comparantem nihil acquirere monasterio, sed Sedi Apostolicæ, cui acquiruntur fratribus Minoribus relicta; ac proinde Prelatum Minorum debere hoc manifestare Pontifici, vt disponat an in conuentum vsum, an in alium ea bona conuertenda sint; & Bertrandus conf. 227. numero 5. volum. 7. tenet expressè non ea acquirere fratres Minores suo monasterio, etiam si propria industria acquirant.

24 Ceterum dicendum est, ea acquiri immediate monasterio quoad vsum, & comoditatem, sicut in aliis religionibus acquiruntur religioni quoad dominium. Quod bene tradunt Federicus conf. 12. n. 5. Antonius eam presentia. n. 25. de probationibus. Abb. conf. 63. n. 6. lib. 2. Molina tom. 1. de iust. dist. 140. col. 13. vers. contra vero, & col. 12. vers. idem dicendum est. Leonardus lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 1. num. 88. Nec obstat textus in contrarium adductus: qui intelligit hos nihil acquirere quoad dominium monasterio, eo quod incapax quoque dominij sit; & ideo factum libidit ille textus, cui acquiratur dominium. At hoc non



non impedit commoditatem, & vsum illius rei acquiri monasterio: & hoc idem significant DD. in contrarium citati. Nec probo quod ait Nauar. n. præced. allegatus, nempe esse necessarium Pontificis licentiam, vt monasterium his bonis vti valeat, ea conuocando in proprios vsus. Quippe sicut nec indiget ea licentia, vt vitur legatis sibi relictis, & aliis bonis, & dominium sit apud Pontificem summum, vt probauimus hoc lib. supra: ita nec ad vendendum illis bonis, cum similiter vsum & commoditatem illorum acquirat. Cui autem hæc bona acquirantur, quando hic transferat à monasterio capaci ad hoc incapax, diximus supra.

CAPVT XXVI.

Qualiter religio ipsa, aut religiosus, ctsi sit ordinis Minorum, capax legati percipiendi sit.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. n. 1. An omnibus religionibus succedendi in communi capacibus possit legari? n. 2. Legatum relictum pro moniali, & famula, qualiter debeat monasterio. n. 3. An legatum relictum cum onere admittendi quandam monialem, valeat? referitur quædam sententia. n. 4. & 5. Explicatur sententia auctoris. n. 6. Qua cautela adhiberi possit, vt euitentur opiniones. n. 7. An legatum religiosi relictum sub ea conditione, vt partem det pauperibus, sit condicionalis? n. 8. Post num. 8. inueniuntur summaria que desiderantur.

**D**VPLEX quæstio tractanda inuoluitur. Prior est de religionibus succedendi capacibus: posterior de incapacibus, & in neutra tractamus de Societate LESV, quia de illa est habendus specialis sermo cap. sequenti.

2. Prior quæstio. An religionibus habentibus bona in communi, ac earum religiosi possit legari? Qua in re manifestum est, non solum ipsi religioni, sed religiosi quoque ipsis posse valide, & licite legari. Quod vniuersi fatentur; & constat, quia & religio, & religiosi ipsi singulares possunt hæredes institui, vt probauimus cap. præcedenti, numero 1. Ergo & potest ipsis legari. Quippe regula certissima est, iis omnibus posse legari, qui possunt hæredes institui, vt expressè habetur in *inst. de legatis. §. legari. & l. legi. tit. 9. p. 6.*

3. Hinc deducitur, legatum annuum relictum moniali pro se, & pro vna famula, deberi monasterio quoad partem monialis, licet non quoad partem famule; quia nequit famulam habere. Sic allegato Mariano Socino *cons. 10. quæstione 6. vers. verum. volum. 1. tenet Nauar. comment. 2. numero 38. de regularib. Azor. tomo 1. institut. moralium lib. 12. cap. 8. quæstione 2. fin. Manuel 99. regular. tomo 3. quæstione 16. art. 5. ad finem.* Qui bene quoad partem famule hoc moderatur, quando monasterium non permittit famulas, secus vbi permittuntur; debetur enim etiam pars famule, & si quinq; monialibus concedatur vna famula, debetur ex eo legato pro famula pars stipendij huic moniali correspondens. Ad idque non esse improbabile, deberi monasterio aliquid ex eo legato pro famulis toti monasterio inferuentibus necessariis ad onera monialium subleuanda. Sed hoc non placet: quia legans non intendit prospicere famulis conuentus communibus, sed huius monialis.

4. Quod si legatum relictum sit vxori, dum vitam vidualem sequatur, debetur ipsi ingredienti religionem, & acquirat religio, quia plenus videtur impleta te-

statoris intentio, que est, ne matrimonium carnale ineat. Sic Baldus *l. fin. in fine principij. C. de Episcopis, & clericis.* Sed specialis difficultas est, si legatur aliquid monasterio cum hoc onere, vt teneatur quotannis, aut vna vice monialem recipere. Quidam dicunt eam conditionem esse simoniacam, & ac proinde monasterium non teneri eam implere. Ducuntur, quod temporale illud legati præmium pronuntiat pro religionis ingressu, qui spiritualis est; & ita est simoniacum, iuxta *cap. non sicut, de simonia.* Præterea, quia offerre munera ea lege, & pacto, vt recipiens aliquid spirituale efficiat, est simonia, vt tradunt multi, quos reuli libro 1. de matrimonio. *disputatione 39. numero 1.* Et ideo hanc sententiam sustinent Bartolus *l. Titio centum. §. Titio centum. el. 1. numero unico. ff. de condit. & demonstrat. referens ita consuluisse quendam magnum Doctorem, & l. 2. ad finem. C. de institutib. & substitutib.* vbi ait sic fuisse consultum per Præcuperium de S. Miniato, & ferè per omnes, & *l. uxorem. §. hæres. in fine. ff. de leg. 3. Aretinus l. Titia in principio. numero 5. ff. de verborum obligatione. Imola eodem §. Titio centum. numero 4. & l. ille autem. numero 3. ff. de hered. institut. vbi Angelus numero 1. Alexander eadem l. 1. numero 4. & ibi Decius numero 10. in noua editione. Ananias cap. non satis, ad finem, de simonia. Campegus de dot. parte 1. quæst. 42. Crassus de successione. §. legatum. quæst. 55. fin. Brunorus in suo compendio. *libro 1. verbo. monasterium.* Limitant autem Angelus ea l. ille autem. numero 1. & ibi Imola numero 3. Campegus ead. quæstione 42. nisi monasterium sit pauper; tunc enim aiunt prædictum legatum valere, quod tunc non tanquam admissionis præmium, fed alimentorum causa censetur relictum. Cum qua limitatione idem sequitur Gregorius Lopez *l. 12. verb. porque. tit. 7. parte 1.* Eandem sententiam sequitur Bald. cum alia limitatione *l. fin. numero penultimo. C. de sponsalibus, dicens illicitum esse hoc legatum, quando incipit à conditione, vt, si quædam monialis admilla fuerit, lego talem rem; secus si incipiat à supplicatione, vt, supplico monialibus, vt quandam admittant, & ea admilla lego talem rem pro alimentis.**

Rurfus inter hos Doctores est controuersia, an dato legatum id turpe esse, ac simoniacum, valeat legatum reiecta conditione? Quidam affirmant, atque ita moniales posse capere id legatum, non implendo grauamen, quia cum ea conditio turpis sit, reicitur à legato, & institutio, eaque pura manent. Sic Doctor ille magnus relatus à Bartolo *eo §. Titio centum. numero unico. Bartolus l. 2. ad finem. C. de institut. & substitut. & l. uxorem. §. hæres. in fine. ff. de leg. 3.* Crassus eodem §. legatum. quæst. 55. in fine. Aliis autem placet, vtrumque vitari, nempe legatum, & conditionem, & sic nec monasterium posse capere legatum, nec conditionem implere. Ducuntur, quod quando conditio ex se non est turpis, sed honesta; at est turpe illa inuitare, conditio non reicitur, sed vitat legatum, tanquam turpe, vt notatur *l. ille. ff. de hered. institut.* At sic contingit in hoc euentu, conditio enim, vt admittatur monialis, est de se licita, & honesta; turpitudinem autem versatur in legato, quatenus medio illo iurati ad conditionem seruandam. Sic tenent Bartolus sibi contrarius *eodem §. Titio centum. numero unico. & ibi Imola num. 4. Decius, Aretinus, Ananias allegari n. præcedenti.*

Cæterum multo verius est, eam conditionem esse honestam, & omnino seruandam, nullamque vitium ei legandi formæ inesse. Ducor, quia spe præmij obtinendi allicere ad spiritualia, sit ab omni labe simoniæ liberum, ac licitum, vt latè in me multis allegatis probauit *lib. 1. de matrim. disputatione 39. numero 4. Item, quia nullus damnat legata cum onere faciendi quotannis tot facra, cum tamen hoc onus sit spirituale. Præterea, quia frequenter sententia habet in tractatu de simonia, integrum esse monasterio, siue pauperi, siue di-*

uiti petere dotem, quod & praxis obseruat. Quia ea dos ad alimenta monialis admilla petitur, & non tanquam pretium rei spiritualis. Tandem, quia non est pactum recipiende monialis, sed onus adiectum rei suæ, quod cum illa transit in monasterium. Atque ita hanc sententiam tradunt Baldus *l. 1. num. 2. C. de institut. & substitut. & l. Titia, in fine principij. ff. de verb. obligat. & l. omni. num. 42. quæstione 5. C. de his, que panæ sunt. Fulgosius ea d. l. num. 4. l. 1. num. 3. C. de institut. & substitut. Paulus d. l. 1. num. 2. & l. Titio centum. §. Titio centum. el. 1. num. 4. fin. vbi & Cumanus in fine. ff. de condition. & demonstrat. Ripa *l. in quartam. num. 155. ff. ad l. Falcid. Guillelmus Benedictus cap. Raynatus. verb. cuidam Petro. num. 13. de testamentis. Villalobos in communibus opinionibus. *lib. 1. Mi. verb. monachus. numero 186. Riminaldus cons. 477. à num. 25. & 36. Suredus cons. 295. à num. 3. per totum. volum. 2. & de alimentis. tit. 9. quæstione 27. numero 4. Cavallos in suis communibus. quæstione 439. numero 10. & triplici sequenti. Galganectus de condit. & demonstrat. parte 2. cap. 5. quæst. 9. num. 2.***

7. Vt tamen euitentur opiniones, consultius erit sic legare; si moniales talem receperint, lego eis centum pro alimentis. Sic Bart. *eo §. Titio centum. fin. Decius, & Campegus allegati n. 4.* Quamuis nec in hoc casu valere, nisi monasterium sit pauper, affirmant Imola *eodem §. Titio centum. num. 4. fin. Alexander l. 2. n. 4. C. de institut. & substitut.*

8. Præterea est difficultas, an legatum monacho relictum sub ea conditione, vt certam partem diuidat inter pauperes, sit condicionalis, & ac proinde ea pecunia parte non distributa amittatur? Breuiter dico non esse conditionale, fed modale, & ideo non amitti: tum quia illa verba (*sub conditione*) solum conditionis figuram habent, cum natura conditionis sit ante eius existentiam suspendere acquisitionem. *l. cedere diem. ff. de verborum significatione.* Sed in hoc euentu testator voluit legatum illud prius monacho acquiri, at cum prædicta obligatione; & ita sustinet Cardinalis, Ancharanus, Dominicus, Francus, Barbatius, vt eos refert, & sequitur Menchaca de *successionum progressu. lib. 3. §. 27. numero 15.* Quamuis minus bene Bartolus, & alij, quos ibi refert, dicant esse legatum conditionale.

SVMMARIVM.

Vtrum conuentui fratrum Minorum possit legari? numero 9. Vtrum cuiuscumque fratri Minori possit legari? n. 10. Quid si legatum sit immoderatum? n. 11. An sit contra votum paupertatis, accipere Minores id legatum immoderatum? n. 12. An valeat prædictum legatum immoderatum, & quid faciendum, & quorum sit arbitrari quando sit immoderatum? numero 13. An repugnet mendicitati seruare victualia, vel si supersua sint, cum aliis committere? n. 14. Quotupliciter potest legari Minoribus? n. 15. An valeat legatum rei immobilis, quando explicatur eam vendendam, ac Minoribus estimationem dandam? numero 16. Quid si explicetur modus illicitus, nempe vt retineant? numero 17. An tunc legatum sit omnino caducum, itaq; nec estimatio debeat? n. 18. An liceat Minoribus habere hortos, aut vineas, vt fructibus vescantur, habeantque vinum ad bibendum, & vt locent, aut fructus vendant, nurræ oues, asinos, porcos, vaccas, apes, columbas? n. 19. An valeat legatum domus ad habitandum, aut ibi construendum Ecclesiam, factum Minoribus? Referitur duplex sententia. n. 20. & 21. Explicatur sententia auctoris. n. 22. Summa Tho. Sanchez. pars 1. 11.

Quid si id legatum fiat alio Mendicantibus? n. 23. Quid si legatur aliquid Minoribus pro usu tunc non necessario, aut superfluo? n. 24. Quid si legari osium non sit conueniens fratri Minori speciali, cui legatur? n. 25. Quid si legatur fratri Minori ea lege, vt superiore molestante perdat legatum, vel donec superiore molestetur? n. 26. An valeat legatum rei immobilis relicta Minoribus nullo expresso modo? Referitur quædam sententia. n. 27. Sententia auctoris. n. 28. Per quos ea res vendi debeat, vt fratribus tradatur. numero 29. An in venditione illius rei, & generaliter cuiuscumque ecclesiasticæ ex necessitate facta exigatur solemnitas penitus ad rei ecclesiasticæ alienationem? n. 30. An in venditione rei immobilis relicta aliis Mendicantibus, exigatur prædicta solemnitas? n. 31. An sit necessario vendenda statim res illa immobilis, an possit si opportunitas expectanda, & cuius sint fructus illi medij temporis, & an hæres existens in mora teneatur aliquid restituere, & quid si emptor non inuenitur? n. 32. An fratres Minores sint capaces census illis relicti? numero 33. An sint capaces annuorum reddituum, & quantum exigi possint, & quando hospitale, aut alium hæres gravatur, vt quotannis Minoribus certam quantitatem tribuat? n. 34. Quid si legatum annuum ad alimenta sit ad modicum, vel ad longum tempus? Referitur quædam sententia. numero 35. Sententia auctoris. numero 36. Vbi quid si sit ad alimenta hoc legatum annuum, vel sit legatum usufructuum? Quale dicatur modicum tempus, & quale longum. Referuntur varia sententia. n. 37. & 38. Sententia auctoris. n. 39. Quid si legatum relinquatur ad vitium cuiusdam fratris Minoris? n. 40. An sint capaces fratres Minores legati annui relicti ad concernentia cultum diuinum? Referitur quædam sententia. numero 41. Sententia auctoris. n. 42. An sint capaces annuifariorum relictorum ipsis in perpetuum? Referitur quædam sententia. n. 43. Sententia auctoris. n. 44. An sint capaces legati annui pro studio? Referitur quædam sententia. n. 45. Sententia auctoris. n. 46. An sint capaces legati annui pro infirmorum necessitatibus? numero 47. An hac legam annua, & annuifaria, quorum fratres Minores non sunt capaces, debeantur in foro conscientie ab heredibus? Referitur quædam sententia. n. 48. Sententia auctoris. n. 49. An hæredes teneantur tunc facere id onus impleri, & possit dari elemosyna illa Minoribus, vt impleatur? numero 50. An quod impleto onere supererit, possint sibi retinere? numero 51. An possint Minores accipere hanc elemosynam, tanquam ab heredibus debitam, vel sponte datam? n. 52. An liceat illis admittere elemosynas annuas, quas gabellarij, aut alij famuli inueniunt quantamvis illis elargiri? numero 53. An ex consuetudine dandi liberaliter Ecclesie, aut pro loco aliquid decennis præscribat ea elemosyna, & quid de fratribus Minoribus? n. 54. An liceat Minoribus inducere fideles, vt hac annuifaria illis relinquatur? n. 55. An liceat illis compositionem facere cum heredibus gratuitam ad legatum annuum? n. 56. An legatum annuum voto promissum liceat fratribus Minoribus accipere? & quid si grauat hæres à testatore, in id votum impleat? n. 57.